

240

Necesse est ut dñs ueritatem requirens . retribuatis qui habundanter  
faciunt superbiam . iam dicitur es . quando retribuas . quando uult .  
quia retribuas certus sis . de retributione non dubites . De tempore  
ne audeas dō dare consilium . Forsus ueritatem requirit . Et retribuas  
his qui habundanter faciunt superbiam . Aliquibus & hic retribuas  
& uidimus & didicimus quia retribuit . & enim quando humiliant  
quidm̄ timent . si forte in aliqua dignitate . huius saeculi resul  
serant . humiliati non ceciderunt . quia dñm ex corde non excluderunt .  
Matudo ipsorum . dñs est . humiliatus uidebatur iob perdita substan  
tia sua . perdita filius suus . quae seruabat perdita . perdita quib;  
seruabat . remansit sine hereditate . Et quod est tristius sine heredi  
tate . remansit ad solam uxorem . non suam consolatricem . sed diabo  
li potius adiutricem . humiliatus uidebatur . Vide si miser factus  
uide si non erat in abscondito uultus dñi . nudus exiui de utero  
matris meae . pudus reuertar in terram . Dñs dedit . dñs abstulit  
sicut dño placuit ita factum est . sic nomen dñi benedictum . Iste ge  
mine laudes dñi unde sunt . Vide te foris pauperem . Intus diuites .  
Iste gemine laudes dñi . non exirent de eius ore . nisi thesauros ha  
beret in corde . Qui diuites esse uultis . tales diuitias concupisci  
te quas nec in naufragio potestis amittere . Ergo tales quando humi  
liantur . nolite eos putare miseros . Irratis . nescientes quid intus  
habeant . Ex uobis conicitur . qui mundum diligitis . quia uos cū  
tali perdita . miseri remanetis . Proptus nolite hoc putare ha  
bent intus quo gaudeant . Interior est pastor . & consolator eorum .  
Ipsi sunt qui male cadunt . qui se suam in hoc saeculo ponunt .  
Auferatur quod nitebat foris . nihil remanet intus . nisi fumus . male  
conscientiae . Unde se consolent . non habent . non habent quod  
foras exeant . Non habent quoc̄ intus redeant . deserta pompa sae  
culari . manes gratias spiritali . uere humiliantur . Et mutas facta  
dñs ista in isto tempore . sed non omnib; . Si enim nemini faceret

116